



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CIV. De Reformatione pacis inter Fratres & Sambitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Poppo de Osterna VI. Magister Gen. Ordinis Teut. .
Helmericus de Reichenberge VI. Mag. Provinc. Prusisæ .*

ANIMADVERSIO.

(a) Quid eorum temporum Scriptores per dextrarios intellexerint docet nos Auctor Chronici Colmariensis, qui de Alberto Austriaco agens. *Ex his, inquit, armatis centum inermes mille ladi poterunt, Habebat & multos, qui babebant dextrarios i. e. equos magnos, qui inter equos communes quasi Bucephalus Alexandri eminebant.* Edidit hoc Chronicon Urfitius part. II. *Hist. Germ.* Verba ipsa reperies fol. 75. Adducit quoque Joannes Gerh. Vossius alia loca, ut ex Walsinghamo pag. 237. *Miles intrat armatus insidens dextrarium decentissimè phaleratum.* Idem Beka in Andrea: *Corruit cum dextrario quem in sequentes hostes consequenter occiderunt.* Et in Wilhelmo: *Levitare sui dextrarii semel & iterum Hollandiensem transvolavit exercitum.* Sic enim Matthæus Parisiensis ad an. 1241. *Insidabat, inquit, eqvum Nobilissimum dextrarium Italicum.* p. 565. Edit. Gvilhelm. Wathii. Est itaque dextrarius eqvus Nobilissimus, Magnus belloque aptus: Undè autem ejusmodi eqvus dicatur, non una est sententia. Henricus Bangertus *in not. ad L. V. Chron. Slavici Arnoldi Lubecensis cap. 3.* putat dextrarium dici, quia ejusmodi eqvus dextrâ ducitur, eam verò originem vocis se ex antiquo quodam Lexico hausisse refert. Effet itaque secundum ejus expositionem dextrarius, Ein Handpferd. Joannes Gerh. Vossius putat dextrarium dici à dexteritate. Sed optimè sentire videtur Wilhelmus Wathius *in Glossario Matthæo Parisiensi subjuncto*, qui à Gallico vocabulo illud deducit. *Destrier* enim sive *dérier* Gallis (ut olim & Anglis) est *Cheval d'armes*: id est eqvus bellicus. Nisi fortè dicas & hoc Gallicum verbum, deduci à Latino *dextra*.

CAP. CIV.

De

*Reformatione pacis inter Fratres
& Sambitas.*

Hic

*Poppo de Ostera VI. Magister Gener. Ord. Teutonici.
Helmericus de Reichenberge VI. Mag. Prov. Prussiae.*

Hic & variis afflictionibus Castigati Sambitæ à Domino per manus fratrum & aliorum Christi fidelium non valentes amplius resistere presentatis filiis suis in obsides subdiderunt se iterum fidei Christianæ.

CAP. CV.

De

Recidinatione Sambitarum de territorio Rinovv.

Sed inimicus humani generis Diabolus qui paci fidelium semper invidet & quieti, suggestit his hominibus Sambitæ qui in territorio Rinovv fuerant constituti, quod in apostasiæ vitium iterum sunt relapsi. Unde ipsi congregati cum Exercitu Castrum Vischusen Episcopi Sambiensis impugnaverunt, in quo nisi duo viri, scilicet unus frater & famulus ejus fuerunt illâ vice. Et ecce mira res percussî acrisiâ excœcavit eos malitia ipsorum, ut Zonam seu Corrigiam pendentem ante oculos ipsorum non viderunt, quam si cum minimo digito manus suæ traxissent, dicti Castri ostium aperuissent, & ipsum per consequens funditus destruxissent, & sic post impugnationem aliqualem infecto negotio recesserunt.

CAPUT CVI.

De

Destructione territorii Rinovv & Morte habitantium in eo.

Quod cum ad aures fratrum de Kunnigsberg deveniret, indignati ex hoc, congregaverunt cum aliis Sambitis exercitum